



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXXVI. Influxum præuium primæ causæ in secundam nonesse per se
necessarium ad actiones proprias naturalium agentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

ita nun-
quam fuit
antiquata.

Ruard.

Corduba.

Lychetus.

Bellarmin.

Cumel.

Lorca.

18.
Hinc colli-
gitur male
notari hanc
sententiam.

doctrinam illam aboleuerint aut repudiauierint. Assumptum patet ex dictis, tum, quia Caietanus certe non multum nostra tempora antecessit, tum etiam, quia post Caietanum, ante, & post illos tres modernos, multi alij Theologi in variis regionibus illam doctrinam approbarunt: vt Ruardus artic. 7. proposito 10. de concordia gratiae, & lib. arbitr. vbi allegat Gregorium, Gabrielem, Nouocastri. & Caietanum, eorumque sententiam non vt antiquatam excitat, sed ad vt veram, & suam auctoritatem retinentem amplectitur. Corduba etiam l. 1. question. q. 55. dub. 4. §. *Ad supra dictas*, cum Lycheto in l. dist. 8. q. 4. circa finem, & disp. 39. q. 1. §. *Has tamen*, aperte supponunt hanc sententiam, nam ad defendendam sententiam Scoti de radice contingentiae contra Caietanum dicunt, nunc de facto causam primam non praenire causas secundas in agendo, vel mouendo illas, quia voluntate libera suum concursum accommodat, quod facere non potest si ex necessitate naturae ageret. Ex qua doctrina solam nunc sumimus, quod ad controuer- siam praesentem pertinet, quidquid sit de alia hypothetica quaestione si Deus ex necessitate naturae ageret, quid sequeretur in actionibus causarum secundarum. Occasione vero illius nonnullas rationes adducit Lychetus, quae validae profecto sunt ad impugnandum illum, primum influxum causae primae in secundam, sed virtute à nobis tactae sunt in superioribus. Item Bellarminus lib. 4. de grat. & lib. arbitr. cap. 15. hanc sententiam sub probabilitate defendit, imò etiam Cumel vnus ex praecipuis defensoribus auxiliij praedeterminantis gratiae cum de concursu ad actiones malas agit, negat concursum primum seu praemouentem voluntatem ad actum peccati etiam pro materiali, & consequenter negat illam praemotionem pertinere id concursum primae causae, generatim, & quali essentialiter necessarium, p. q. 22. art. 4. in Appendice concl. 5. Idemque postea constanter sequutus est P. Lorca l. 2. q. 79. disp. 38. & q. 11. art. 3. disp. 20. membr. 1. vbi de priori sententia affirmat à temporibus Magistri Scoti incepisse, & ab eius successoribus in eadem schola clarius explicatam, & acriter propugnatam esse, non tamen credit satis id fuisse ad contrariam communem sententiam antiquandam, vel Theologorum scholis relegandam.

Vnde tandem concluditur excessisse valde auctorem illum, qui hanc sententiam improbabilem appellauit, & priorem dixit esse certissimam. Nam in primis opinionem quam tot graues Theologi docent, nullus, qui eos legerit, & intellexerit, iure potest vocare improbabilem, cum probabile sit quod pluribus sapientibus verum videtur. Deinde opinio tam communi consensu omnium Theologorum probata non potest optimis, & efficacibus rationibus destitui; quomodo ergo contraria sententia potest esse certissima? Denique non potest dici certum, & contrarium improbabile, quod ne fides docet, nec efficaci ratione probatur, aut tanto pondere humanae auctoritatis astringitur, vt illi se opponere temerarium, vel saltem improbabile iudicetur. In hoc autem puncto nihil haecenus fides docuit, vt est certum, nec tantae auctoritatis pondere contraria sententia confirmata est, vt ex his quae cap. 27. fideliter allegauimus, constat. Et res ipsa adeo abstrusa, & intricata, vt vix explicetur à suis defensoribus, vt in capitulis praecedentibus vidimus. Quomodo ergo rationes eius possunt tantam certitudinem efficere? Abstrahendo ergo à censuris, & exaggerationibus, quid de hac re tota iudicemus, per partes in capitulis sequentibus explicabimus.

CAPVT XXXVI.

Influxum primum primae causae in secundam, non esse per se necessarium ad actiones proprias naturalium agentium.

Distinguiamus causas secundas in eas, quae ex necessitate naturae, & eas, quae liberè agunt, quoniam in prioribus facilius potest res explicari, & ab illis causis commodius, & distinctius ad ceteras transire faciemus. Dicimus ergo his causis naturalibus, quae in suo genere habent intrinsecam vim sufficientem agendi, non dari primum influxum primae causae, vel simultaneum tantum, cumque sufficere, vt actu operetur. Ad cuius assertionis probationem, ex sententia omnium rectè sententiam in causis etiam aduersariorum non oportet probare, talem naturae influxum esse impossibilem, quia hoc nunc non asserimus, nec diuinam potentiam absolutam nunc contemplamur, sed prout iuxta exigentiam, & indigentiam causarum secundarum eas ad operandum adiuvat; ideoque si ostenderimus huiusmodi influxum non esse necessarium, inde sufficienter concludemus non esse, neque dari, quia nihil est futurum, & sine ratione alterendum in his, quae à Deo sunt, neque enim à Deo quidquam temere, atque in casum factum est, vt rectè dixit Nazianz. orat. 33. quae est secunda de Theologia.

Probatur ergo assertio, quia haec causa naturaliter agentes non indigent noua virtute agendi illis primum addita, vt suas efficiant actiones; ergo neque indigent nouo influxu primae causae in ipsis recepto. Antecedens admittunt aduersarij, imò pro illo pugnant, vt cap. videbimus, & merito, quia ipsae causae secundae sunt causae principales in suo genere, & non producant aliquid excedens perfectionem ipsarum, de his enim tractamus. Consequentia verò probatur, quia ille influxus solus potest esse necessarius propter virtutem aliquam agendi, quae per illum ipsi causae secundae conferatur; ergo si ad hunc finem necessarius non est, omnino est superfluous, nam ex parte Dei non est necessarius vili per modum instrumenti inferunt nam cum Deus ipse, eiusque increata virtus, & causae secundae, & illius effectus intime ad, & per se efficacissima sit ad suum concursum simultaneum praestandum, non indiget primum virtute creata per quam agat, vt supra etiam cap. ostensum est. Et ex ibi dictis potest haec ratio ampliari, & corroborari, quae repetere necessarium non est, sed insinuare; quia vel illa motio praetia est necessaria ex parte actus secundi, seu actionis causae secundae, vel ex parte principij: primum dici non potest iuxta contrariam sententiam, nam quod est primum ad actum secundum, quodque non sit à causa secunda, sed in ea tantum recipitur, non est pertinens ad actum secundum, nec ex parte illius tenet. Et ideo Scotus, Gabriel & alij, qui concursum simultaneum agnoscunt, rectè & consequenter dicunt concursum Dei se tenere ex parte effectus, non ex parte causae, vt Bellarminus supra notauit; atqui ponunt concursum primum non possunt illi consequenter attribueretur quod se tenet ex parte effectus, seu actus secundi, cum prius natura, ac subinde principium, & causam actus secundi illum esse definiant, vt late dicto cap. deductum est. Neque etiam potest esse necessarius ille concursus ex parte principij, quia vel est necessarius vt principium per se, vel vt sola conditio sine qua non. Prior pars impugnata iam est, quia neque ex parte causae secundae, neque ex parte primae causae

causæ est necessaria noua virtus creata, nec additio, vel complementum eius, nec etiam instrumental-
 talis virtus ad agendum. Posteriori pars in
 cap. probata est, & in lib. de Auxiliis, vbi discun-
 tendo per omnes modos quibus illa conditio cogi-
 tati, aut explicari potest, ostendimus frustra po-
 tuitur.

Et declaratur breuiter, quia in his causis non est
 necessaria noua motio, quali propter seipsam, vt ita
 dicam, quia si non confert aliquam utilitatem ad
 agendum, impertinens est, nec inuenietur in rebus
 naturalibus, aut causis motus aliquis à natura da-
 tus propter seipsam, sed propter aliquem terminum,
 neque etiam inuenietur modus aliquis à natura da-
 tus tanquam prauio ad agendum, nisi quia termi-
 nus eius aliquando confert ad actionem, vel per modum vir-
 tutis agentis, vel per modum sit propinquus, & intra spha-
 ram agentis, vel per modum remoti impediendi. Vnde
 vltimus non potest hæc præmotio his agentibus
 esse necessaria, quia in termino eius habeat aliquam
 conditionem utilem ad agendum, quam antea non
 haberent, quia per illam motionem non tolluntur
 aliqua impedimenta, frequenter enim nulla præce-
 dunt, & id in disputatione supponitur, quia per se
 loquimur impedimenta autem sunt per accidens.
 Nec causæ secundæ per illam motionem, vel termi-
 num eius magis applicantur, quam antea essent,
 quia non sunt propinquiora passis, vel obiectis,
 aut materis circa quas operatur sunt, & præter
 hanc applicationem nulla alia cogitari potest præ-
 uia ad actionem, vt supra præter probauimus, quia in-
 timior applicatio ad actionem non est aliquid dis-
 tinctum ab ipsa actione. Denique, in his etiam agen-
 tibus non requiritur determinatio prauia, & quasi
 in actu primo, quia illa sunt natura sua determi-
 nata ad vnum, nec maiori determinatione indigent,
 imo vix cogitari potest alia, quæ natura præcedat
 actionem, illa enim determinat ad actus, quæ sub
 actione considerari potest, non est aliquid præ-
 uium, sed per ipsam actionem sit, ergo propter
 nullam conditionem, sine qua non potest illa mo-
 tio in agentibus verisimiliter postulari.

Solum dicere posset aliquis, hæc agentia natura
 sua determinata ad indiuiduas actiones, vel effectus,
 ideoque in omni opportunitate agendi, & positis
 omnibus præ requisitis causam de se indifferentem
 esse ad producendam, v. g. hanc calefactionem, il-
 luminatorem, aut visionem potius quam illam,
 & ideo indigere præuia motione Dei, vt saltem ad
 indiuiduum determinetur. Vel contrariò dicere
 quod potest concursus causæ primæ esse de se indif-
 ferentem, non solum ad indiuidua, sed etiam ad
 species, & generā actionum, ac proinde determi-
 nari debere à causā secundā, & ad hoc necessariū
 esse vt prius recipiatur in illa, quia vnumquodque
 recipitur & determinatur iuxta modum recipien-
 tis. Veruntamen propter neutram ex his determi-
 nationibus necessarius est influxus Dei præuius in
 causam naturaliter agentem, nā de determinatione
 indiuidui, & cap. & aliis locis dixi sufficienter
 fieri à Deo, per concursum concomitantem, seu per
 voluntatem prædefiniētem suum influxum ad
 hanc indiuiduam actionem, & effectum. Nam cum
 causā secundā nullum indiuiduum producere pos-
 sit, nisi cooperante Deo, & cum Dei adiutorio pos-
 sit varia indiuidua producere de se, non magis po-
 stulat vt ad hoc indiuiduum producendum iue-
 tur, quam ad aliud, nec hoc potest ab ipso naturali
 agentis, verbi gratia, igne determinari, ergo oportet
 vt Deus ipse determinet suam cooperationem ad
 talem effectum in indiuiduo, & tunc consequenter
 determinatur etiam influxus ignis ad eundem ef-
 fectum, non propter aliquid præuiū quod in se re-
 cipiatur, sed solum propter coniunctionem vtriusque,

causæ primæ scilicet cum secundā, eo enim ipso
 quod Deus præfinit iuare hic, & nunc ad hunc in-
 diuiduum effectum, & non alium causā secundā a-
 lias determinata sit ad agendum quod potuerit, & ad
 quod adiuta fuerit, necessario efficit tale indiui-
 duū, & non aliud. Hæc ergo determinatio si conli-
 deretur quasi præuia, & in actu primo, non est for-
 maliter in causā secundā, sed est per coniunctionē
 ad causam secundam sic determinatam per suā vo-
 luntatem, in actu verò secundo nihil est præter a-
 ctionem talem ab vtraque causā simul profluentem.

Ad alteram partem de determinatione diuini
 concursus, aliqui religiosè firmidant ita loqui,
 quod causā primā determinetur à secundā in suo
 concursu, tum quia inde sequeretur actionē causæ
 secundæ esse in aliquo genere priorem naturā, tum
 quia ille modus determinationis ab alio quemdam
 imperfectionis modū includere videtur, nam quod
 ab alio determinatur, ab alio pendet, concursus au-
 tem causæ primæ non pendet à causā secundā, sed
 ipsa voluntate sua suum concursum accommodat,
 & determinat sicut ad indiuiduum, ita & ad spe-
 ciem, & ad modū concursus. Alij verò simpliciter
 concedunt concursum causæ primæ determinari à
 secundā, vt videre licet in Caretano 1. part. quæst.
 14. art. 13. §. neque sustinendus, in fine, & quæst. 19. art.
 8. in fine, & ex hoc principio defendit contra Sco-
 tum posse actionem aliquam esse contingentem,
 etiam si Deus ageret ex necessitate naturæ.

Veruntamen vtrumque verum est si rectè explicetur,
 imperfectiones, vel superflue actiones remo-
 ueantur. Itaque dubitari non potest, quin Deus sua id sit intel-
 libera voluntate definiat concursum suum non so-
 lum quoad indiuiduum, sed etiam quoad speciem,
 vel modum concursus. Nam diuina potentia de se
 indifferens est ad varios concursus præfinitos, non
 indifferentia imperfecta, sed perfectissima, quæ est
 ex omni potentia, & vniuersali virtute, quæ ab ex-
 trinseco determinari facile non potest absolute, sed
 tantum à propria voluntate, ergo Deus ipse est qui
 determinat speciem concursus, sicut & indiuiduum.
 Et tamē in hoc notanda differentia, quod determi-
 natio ad indiuiduum nullum habet fundamentū in
 causā secundā, sed ex sola voluntate Dei, vt dixi. De-
 terminatus autem quoad speciem licet, vt dixi, per
 Dei voluntatē directē, & efficienter fiat, nihilomi-
 nus fundamentū, & aliquā rationem habet ex parte
 causæ secundæ nā ideo Deus determinat huic cau-
 sæ dare talem modum, & speciem concursus, quia il-
 lum postulat virtus talis causæ tanquā accommo-
 datum suæ naturæ. Vnde licet non propriè dicatur
 actio causæ primæ determinari quoad speciem ab a-
 ctione causæ secundæ, quia in hoc loquendi modo
 significatur ordo naturæ, cum distinctione aliqua &
 pluraliter de actionē in re ipsa, propriè tamē dici po-
 test causā secundā in suo genere determinare primā
 ad talem concursum, postulando ab illa talem con-
 cursum, & non alium, neque inde sequitur prioritas
 naturæ in concursu, vel actione causæ secundæ, quia
 non postulat talem concursum Dei per suū con-
 cursum vt exhibitum, sed per virtutem aptā ad exhi-
 bendum talem cooperationem, & non aliam, & in
 hunc modū determinat concursum Dei quoad spe-
 ciem, licet non quoad exercitiū. Et sic dicitur causā
 primā determinari à secundā quoad contingentiam
 effectus, vel quoad alias proprietates, quas habet a-
 ctio causæ secundæ per habitudinē ad causam pro-
 ximam, cui Deus se accommodat, natura talis cau-
 sæ id postulante. Et hæc doctrina est aperte D. Tho.
 2. contra gent. cap. 66. vbi sic inquit, *Secunda agentia
 sunt quasi particulares, & determinantes actionem primi
 agentis, & quæst. 1. de pot. nat. a. 4. ad 3. vbi sic in-
 quit, Licet causā primā maxime influat in effectum ta-
 men eius influentia per causam proximam determina-*

6. An causa prima determinetur in suo concursu à secunda.

7. Quomodo

D. Thom.

Caietan.
Ferrar. tur, & specificatur. quod etiam Caietan. docuit 1. part. quaest. 14. art. & quaest. 19. art. 8. & Ferrar. 1. contra gent. cap. 67. circa rat. 5. ad finem.

An inde eliciatur necessitas huius praeiij concursus.
Vnde facile intelligitur ad hunc modum determinationis causae 1. à secunda non esse necessarium concursum praeiij determinationis ipsius concursus in actu secundo, (vt sic dicam,) vel prout iam emanentis à Deo, sed est determinatio quali in actu primo, & ad rem explicandā dici potest determinatio, quoad sufficientiam, non quoad efficaciam, quae soli prouenit ex coniunctione talium duorum agentium ad efficiendā vnam, & eandem actionem, ad quā est determinata, & quali contracta v. r. causa secunda: virtus autem causae primae per se spectata non est limitata ad talem modum actionis, vel concursus; coniuncta verò cum tali causa ad iuuandā illam, consequenter determinatur ad agendum iuxta exigentiam talis causae, & non aliter. Et in hoc sensu, & non in alio loquutus est Caietan., vt declararet, quod licet Deus concurreret cum causa secunda ex necessitate naturae, si supponeretur in homine libertas arbitrii non necessitaret illi ex vi concursus, quia non per se solum ageret, sed simul cum causa secunda, & ideo ab illa determinatur ad talem modum agendi, etiam si nihil in illam prius influeret. Et hoc bene declarat exemplū quod adducit de principio certo de fide, vel eiusdē ac per se noto concurrēte cum praemissa probabili ad assensum, ab illa enim determinatur vt tantū influat in assensum probabilem, quae determinatio non est per influxum virtutis praemissae in illam, sed per solā coniunctionem ad eliciendum eundem assensum, in quem non prius influat vna praemissa, quā alia, sed vtrāque simul mutuo se iuuantes, quia verò sunt inaequales, inferior determinat, & quasi limitat superiorem. Ita ergo seruata proportio intelligendum est in causa prima, & secunda, remotis imperfectionibus, quia causa prima non necessitatur, sicut enim non necessario agit ad extra, ita etiam absolute, non necessario determinatur à causa secunda, sed ipsa voluntarie se determinat illi, quamquā ex hypothēsi quod non vult sola agere, sed cum tali causa, & iuxta exigentiam naturae eius ad dandum concursum in tali specie, & modo necessario determinetur. Concludimus ergo nullo vero titulo, vel ratione inueniri hanc necessariam praeiij motionem primae causae receptum in secunda ante actionem eius ac proinde admittendam non esse.

CAPVT XXXVII.

Quid Patres, & Philosophi de necessitate praeiij concursus quoad causas naturales scripserint.

Quomodo
hic loco
vsurpanda
auctoritas.
PRaeiij auctoritatem Scholasticorum Theologorum, quam supra pro hac sententia retulimus, oportet securitatem eius iuxta Ecclesiasticam auctoritatem, & consensionem eius, cū Philosophica doctrina, praesertim Aristot. declarare. Duo autem in nostra assertionē continentur, vnū est affirmatiuum, scilicet necessarium esse concursum concomitantē in ipsa actione causae secundae, & hoc probare non oportet, quia in eo cōuenimus, quamuis ex his quae dicimus, satis confirmabitur. Aliud est negatiuum, scilicet, praeter concursum simultaneū in effectu, non esse per se necessarium agentibus naturalibus concursum in ipsis receptum, & ab eorum actionibus distinctum, atq; ad illas praeiij. Hanc igitur solam partem intendimus auctoritate confirmare: non oportet autem, vt negatio illa ex-

pressē, ac formaliter, vt ita dixerim, in Patribus, vel antiquis Philosophis inueniatur, numquā enim in hac questione inciderunt, aut illam subtiliter disputarunt. Satis ergo esse existimamus, quod cum multa de diuina operatione docuerit, quibus concursus huiusmodi adstruitur, nunquam alterius concursus praeiij meminerit neque illius necessitate nobis indicaret. Hinc enim alio supra tradito principioposito quod illa praemotio si necessaria non est, non datur, credimus assertionem positam Philosophorum, & Patrum imo & S. Script. auctoritate posse non leuiter confirmari, quia in his omnibus solū legitur nihil fieri, aut posse fieri in mundo, & Deus ipse non faciat, & nihil aliud nos docent vt necessarii, vel ad eminentiam, & vniuersalitatem diuinā causalitatis, vel ad praestandū naturae causis auxiliū sufficiens, quo suos conaturales effectus producant. Ergo in ipso facit indicat aliam praeiij motionem, quae à solo Deo fieri debet, necessitatem non esse. Cōsequenter fit valde verisimilis ex dicto principio. Antecedens autem quoad vtramque partem probamus per dicta tria membra discutendo.

Et primò ex Scriptura ad probandū concursum Dei cum causis secundis, solū habemus illa testimonia, in quibus omnes effectus, & opera causarum secundarum Deo vt nūc operanti, & per se, ac proprie facienti tribuuntur, vt est illud Ierem. 26. Omnia de opera vestra opera sunt in nobis Domine, & illud 10. Pauli 1. cor. 12. Etenim manus tuae fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. & Pl. 138. Si sum spero pennas meas dilataui, & habitaueram in extremis maris, etenim manus tuae deducunt me, vtique mecum cooperando, & clarius Plalm. 146. Qui operit caelum nubibus, & parat terrā plantam, qui producit in montibus fenum, & herbam seruatur bonum, &c. Et similia sunt innumera in Scriptura, in quibus ipsamet effectus, & opera causarum secundarum Deo tribuuntur, & per hunc modum explicant cooperationem eius, cum causis secundis in his, quae naturalia sunt, quae simpliciter, & verissime intelliguntur ratione diuini concursus essentialiter imbuti in actione creaturae. Ratione eius possunt ad omnes naturales causas applicari verba Christi, Io. 15. sine me nihil potestis facere, & verba Pauli ad Philipp. 2. Deus est qui operatur in vobis velle, & perficere. Ita enim illa D. Thomas applicat lib. 3. contra gent. c. 67. & alia similia. Ergo illa motio praeiij quoad hos effectus naturalium causarum non habent in Scriptura fundamentum: non est ergo ex vi scripturae necessaria, & consequenter nec asserenda.

Dices, interdum talem effectum tribui Deo excludendo causam secundam, quod non aliter potest esse verū, nisi quia aliquid propriū operanti illi soli tribuitur. Assumptum patet ex illo Ierem. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israel. Apertius 2. Machab. 7. Singulorum membra, non ego vsq; a compedi, &c. Ac denique Actorum 17. dicitur, in ipso viuimus, mouemur, & sumus. vbi particula in ipso indicat praeiij virtutem Dei, per quam viuimus, & operamur. Sed haec nihil ad praesentem causam faciunt, nā in primo testimonio non agitur de concursu Dei cum causis secundis, sed de potestate, quam Deus habet ad affligendos, & subleuandos homines maiori facilitate, quam posset singulus vas à se confectū frangere, & meliorem formam restituere. Vnde post verba allegata subiungit Deus, Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruiam, & disperdam illud, & infra, Ecce ego figo contra vos malum, &c. vbi Hieronymus, & D. Thomas ponderant verbum figo alludere ad parabolam, seu exemplum figuli. Vnde recte Maldonatus ibi contra hereticos aduertit, non agi ibi de animo, sed de corpore, de morte, & vita, & reb. aduersus, & prosperis de